



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De remedijs ad vitanda leuia peccata significata per fœnum. Cap. 17.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

*l. 121.  
7.*  
prosternat. Quo prostrato mirum erit & in exper-  
tis incredibile, quām liberum iustus vir semetipsum  
ab his casibus & notabilibus peccatis sentiet. At cre-  
dible satis erit illis, qui abundantissima Dei gratia  
suffulti acriter aduersus vitia saecularis vita bella ges-  
serunt. Nam illis ē corde depulsis, & ab antiqua  
sede deturbatis, nequaquā prauos motus carent, nec  
bella moquebunt, nec vires animae ad defectionem  
sufficitur. Et fieri pax (ō anima, in virtute tua,  
& abundantia in turribus tuis). Quia propter  
virtutem ac fortitudinem, qua aduersis vitia pugnasti,  
magnam pacem ab inordinatis motibus conse-  
ritis, & in turribus tuis, hoc est, in intellectu, & affectu,  
abundantia lucis & consolationis cumulaberis.

*De remedio ad vitanda levia peccata  
significata per fœnum.*

CAP V T XVII.

**P**ECCATA illa levia, quæ, quoniam  
levia, scienter & quasi ex industria com-  
mituntur, diximus, fœno. Pauli autho-  
ritate signari: quia licet non ardebunt  
vt ligna, tamen non facile igne purgan-  
te consumentur, si hinc condigna satisfactione non  
purgata decendant. Sunt enim aliqui Domini be-  
neficio, & quidem maximo, impugnatione præteri-  
torum peccatorum exempti, qui iam magna vita  
prostrauerunt, & rariissime, ac non vehementer carnis  
stimulis, & ambitionis facibus impugnantur; qui ta-  
men huic tanto beneficio sui creatoris ingrat, scienter  
& data opera levia peccata committere, vt exem-  
pli gratia, mendacium officiosum, aut verbum otio-  
sum proferre, non timent. Cuius mali radicem ego  
fanè puto rationalem esse animæ partem ignorantia  
ac cæcitate vitiatam, nescientemque, scienter & ex  
industria peccantis inuercundiam ponderare. Qua-  
re ad hanc radicem medicamentum applicandum  
est, vt isti ægritudini medeamur. Docendaque hu-  
mana ratio quid debet de huiuscmodi peccatis  
sentire, ne ea tam sensu timor admittatur.

Hac fanè peccata à Deo interdicta sunt, eiūisque  
sanctissima legi prohibita, quia non solùm magna  
mala fieri vexit, sed minima quoque peccata vitari  
præcepit. Expendamus serio quis præcipit, quis le-  
vibus etiam peccatis offenditur, & nisi forte stulti sumus,  
nimis ea patrare timebimus. Præcipit is, qui  
Deus est, qui summè sapiens, bonus, & potens, qui  
omniū suorum attributorum infinite perfectus. Præcipit is, qui fons est omnium bonorum, & singu-  
lis momentis beneficiis sua in nobis immensa qua-  
dam liberalitate multiplicat. Præcipit is, cui Angeli  
seruunt, cui omnes creaturæ rationis expertes ad  
nutri famulantur, & prius esse desinent quam in  
minimo ab eius voluntate descendent. Sed omitramus  
ista præcipitis, qui Dominus, & herus noster est, cuius  
imperio nos in baptismo mancipavimus, cuius iussi-  
nos per vita spiritualis professionem addiximus.  
Ponderemus hoc solum, & tantam in quoīs levi  
peccato fœditatem reperiemus, vt ipsum consultò &  
ex industria perpetraſe quā in immensum nos pu-  
deat. Demus nunc regem potentissimum cuidam  
aulico præcepisse, ne vlo modo gemmam in quo-  
dam repository regis custoditam attingeret: duobus  
modis potuit iste principis mandatum præterire. Pri-  
mò quidem, quia imposita fibi iussionis oblitus, &  
appetitu curiositatis incitatus, & vixus, gemmam il-  
lam aspergit, & manibus contrectauit. In hoc non

A magnum peccatum est: aulicus ille apud regem non:  
nullam excusationem habet, quod eius præceptum  
memoria excidit, & gemma pulchritudo eum prohibi-  
tionis oblitum ad contrectandum allexit. Secun-  
dò vero, potest ita gemmam attingere, vt in eodem  
momento, quo fibia rege præceptum imponitur, respon-  
deat: Obedire nolo: & manu extendens ipso  
rege teste & ponam intentante, gemmam illam con-  
tingat. In isto facto tanta est illius famuli inuere-  
cunda procacitas, tam inaudita atque insignis auda-  
cia, vt nullum inter aulicos terreni regis inuenias, qui  
magno etiam sibi præmio proposito tale audeat at-  
tentare. Et tu audebis, ô religioſe, ô vit Deo conse-  
crate, hac ratione Dei & Domini dominorum man-  
datum effringere? Ipse enim dicit: Ne verbum otio-  
sum proferas; & comminationem adiicit: Quo-  
nam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint  
homines, reddent rationem de eo in die iudicij.] Ipse dicit: Nolite mentiri inuicem.] Ipse non tan-  
tum dixit, sed & nunc in hoc momento tibi dicit, si-  
quidem antiquum præceptum in memoriam reuocat,  
& ne mentiaris, aut ne verbum otiosum dicas,  
speciali instinctu animum pulsat: & tu, eo nunc pro-  
hibente, & in conspectu eius aut mentiri, aut orari  
audes, & si non verbo, at facto ipso, quod detestabili-  
us est, te nolle obedire profiteris, quomodo tam in-  
signem inuercundiam & oscitantiam non times? At reſpondes: leue admodum est quod facio, parum,  
& quasi nullius momenti, quod aduersus legem ad-  
mittio. Fato libenter; sed eo ipso, tu quodammodo  
es peior & damnabilior, qui in re tam facili, à  
qua posles nulla difficultate abſinere, Domino nunc  
præcipienti non obediens, & data opera eius iussi ac  
voluntati refusa. Parum est, & nullius fere momen-  
ti quod facis, sed Deus non est parvus, immo infinitè  
magnus, qui vetat, & non debuisse magno Deo, pre-  
fertim ob res minimas, te ipsum opponere, & eius  
voluntati reluctari.

Consideratio hæc tanti momenti Bernardo visa  
est, vt propter illam istorum peccatorum malitiam  
exaggeret, eamque impœnitiam, & peccatum in  
Spiritum sanctum esse proclamer. Discite, inquit, ex  
hoc fratres, iustum iudicem Deum, non modo quid fiat,  
sed & quo animo fiat, cōſiderare: & cautele deinceps  
ne quis parua repuler, quamlibet parua scienter delin-  
quere cōiunctatur. Nemo dicat in corde suo: Levia  
sunt ista, non euro corrige, nō est magnum si in his  
maneā venialibus minimisq; peccatis. Hæc est enim,  
dilectissimi, impœnitia, hæc blasphemia in Spi-  
ritu sanctu, blasphemia irremissibilis.] Vocatur hæc  
peccata à parte sanctissimo blasphemia irremissibilis,  
non quia Deus omnino misericors, illa scienter fa-  
cta, non Christi sanguine delect, non quia proposi-  
tum illud manendi in his minoribus peccatis, si ho-  
mo ab illo discedat, non dimittat: sed quoniam hu-  
iūsimodi homines inuercundi, qui scienter peccant  
& ex industria delinquunt, se à voluntate iterandi  
eadem peccata non discedunt, & neque illa verè de-  
teftantur, neque propositum se emendandi conci-  
piunt. Sine his autem certum est eos istorum pec-  
catorum indulgentiam non consequi, nec quantum  
ea confiteantur, se ab huiusmodi fôrdibus  
emendari. Paulus quidem, qui blasphemus fuit,  
& persecutor, & contumeliosus, misericordiam con-  
secutus est, quia ignorans fecit, in incredulitate: quia  
peccata odio habuit, quia voluntatem peccandi de-  
seruit. Si autem scienter peccasset, non tam facile  
misericordiam obtinuerit: & si post peccatum scien-  
ter factum, nunquam ab eo discessisset, nunquam  
etiam indulgentiam promeruerit. Qui ergo & scien-

*Matt. 12.*

*36.*

*Coloss. 3.*

*9.*

*Born. ser.  
1. Petri,  
& Pauli.*

*1. Tim. 1.  
13.*

ter, & quasi ex malitia peccant, & nunquam voluntatem abiiciendi peccatum habent, haud quaquam eius veniam consequentur. Quo autem pæcto sibi persuadeat quis voluntatem emendationis habere, si scienter & data opera peccat, & post multos annos, quibus sepe hæc peccata confitetur, eadem facilitate & inuercundia delinquit? Fatoe quidem libenter talem hominem horum peccatorum plusquam milles, immo & infinites, ita fieri posset, veniam conseq̄ui, si de illis, ut par est, doleat, si voluntatem iterandi relinquat. At timeo ne dolor sit fieri & propositum emendationis nullum, quod statim scienter, inuercundia, & tanta facilitate rescinditur. Timeo etiam ne ista peccata indignationem Dei provocent, & suarum miserationum fontem obtuerent. Nam redeamus nunc ad illum aulicum, qui in conspectu regis præceptum sibi impositum frègit, & gemmam illam contrectauit. Demus eum huius aliquando perduellē, qui à rege defecister, & postea regis benignitate non solum subditi gratiam, sed & domestici familiaritatē comparasset. Profecto istius culpa, licet leuis, quam in tangenda gemina commiserat, post tot graues culpas, scienter & ex industria parrata, adeo posse regis iracundiam accendere, vt propter illam ingratum, & pristina benignitatis oblitum ē suo palatio, & familiaritate repelleret. Et tu frater forsan exillis fuisti, quibus dixit Paulus: Eratis aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino. [qui per lethale peccatum à rege regum defecisti, & aduersus diuinam maiestatem rebellasti. Et audes scienter & consulto eius iussiones præterire, & in rebus licet leuibus, quasi ex malitia, tantam misericordiam obliuisci, tantam magnitudinem prouocare? Vide ne hic Dominus, qui peccatores ex imbecillitate peccantes, & ad famam mentei redeuntes recipit, te ex malitia delinquentem, & nunquam verè à peccatis desistente abuiciat, & à sua gratia per aliquod graue peccatum aquelli permitiat.

Sed licet hoc nunquam futurum sit, quia Dominus pro sua benignitate hanc forte stultitiam hominis dissimulabit, & eum ex malitia peccantem sustinebit: At certum est, quod delicta ista, si in hac vita non emendentur, & debite puniantur, in futuro sæculo acerbissima tormenta manent, quibus ingrat & repidi castigantur. Nam si cū sceno collata sunt, eo quod ex proprio genere à numero grauiorum peccatorum se separant; tamen ob ingratisudinem & procastitatem hominis scienter peccantis, ligna sunt viridia atque procerā, quæ multo tempore in ignibus purgatoriis ardebunt. Vnde Cæsarius ait: Illi, qui quanvis capitalia crimina non admittant, ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, ad vitam aeternam, pro eo quod in Christum crediderunt, & capitalia crimina non admiserunt, venturi sunt; sed prius aut in hoc sæculo per Dei iustitiam vel misericordiam amarissimis tribulationibus excoquendi; aut illi ipsi per multas eleemosynas, & dumini nicis clementer indulgent, per Dei misericordiam liberandi; aut certè illo igne, de quo dixit Apostolus, longo tempore cruciandis sunt, vt ad vitam aeternam sine macula & ruga perueniant.] Et quidem nos ab horum peccatorum admissione longus & acerbus cruciatus illis paratus non retrahit, sed indignatio Domini in magnitudine poenæ declarata vehementer exterrit. Quis enim non timeat Dominum iustos suos ob hæc levia peccata molestias corporis percipientem, & defolationibus animæ castigantem, & post hanc vitam longo tempore à suo conspectu repellentem? Nam & filius ille pessimus atque rebel-

Ephes. 5.  
8.

Cæsarius  
homil. 7.

1. Cor. 3.  
nu. 15.

A lis, qui sororem corrupserat, fratrem occiderat, & patrem ad magnam tristitiam adegerat, adeo pigrè fecebat genitoris sui conspectu priuari, vt vix se posset continere. Denique vocato Iob, dixit ad eum: Quare veni de Gessiu? Melius mihi erat ibi esse: oblectro ergo vt videam faciem regis: quod si memor es iniurias meæ, interficiat me.] Quidni sentiant boni filii,istorum peccatorum cauſa à palatio Domini, scilicet à loco orationis, eici, in qua prius diuinis consolationibus fruebantur, & post hanc vitam ad multos menses, immo & forsitan ad multos annos à dulcissimi patris visione repelliri? Et nunc igitur, reges intelligite: eruditimi, qui iudicatis terram:] Vos, o iusti, qui in corde vestro regnatis, & terrena mortalitatis affectus continetis, intelligite hac tam ingentia detrimenta, quibus audacia delinquendi vel leuiter, & inuercundia peccandi, vos afficit: & discite timorem Domini, qui initium est vita spiritualis, quam profitemini. Intelligite, inquam, hac tam manifesta virtus initia, quorum leuiter ex industria peccantes obliuiscimini, ne exprobret vobis Paulus: Quia cum debceris magistri esse propter tempus: rursum indigetis, vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei.

B Hi sanè, qui scienter & data opera peccatis leuibus non abstinent, & eo, quod criminalia delicta non sunt, se ipsos consolantur, indigent more puerorum edoceri, & rerum transuentium similitudinibus erudiri. Dicant itaque nobis, an auderent medium officium proferre, si scirent statim oculos suos cœcitate plectendos, & aspectu amabilis lucis huius orbando? Et quomodo audent ipsum effutare, quod oculos mentis obnubilat, & coelestis claritatis visionem abscondit? Estne oculus mentis, corporis luminibus contemptibilior, vt propter ista mendacio fuerit abstinentum, & non propter illum, sed nihil de eius amissione curandum? Deleui, ait Dominus, vt nubem, iniquitates tuas, & quasi nebulae peccata tuae, reuertere ad me, quoniam redemisti:] & postquam reuersti sunt ad Dominum, & eius sanguine liberati, dignum ducent alias nubes & nebulas, licet leuiores, quæ ipsos obscurant & contristent, ex industria suscitare? Quis non videat hanc ignorantiā esse stultissimam? Dicant etiam an in verba otiosa diffluerint, si compertum haberent, quod è vestigio extingueretur ignis, quo tempore hyemis suas manus calefiant? Quo pæcto igitur in verba otiosa scienter difflunt, cum certò etiam sciunt quia diuinus ille charitatis signis, qui animam souer atque calefacit, his otiosis sermonibus detinuent patitur, & suo feruore priuatur? Nam si non convertitur in aquam crassam, vt ille ignis absconditus à Ieremia, qui terra obrutus vim vrendi & splendendi perdiderat: at sic huiusmodi peccatis intepescit, vt animam quasi frigidam, & ad perfectio- nis opera quasi tepidam, derelinquit. An litigator in re minima iudicis sui filium offenderet, si nosset ob illam leuem offendam expeditioni cause sue se aliquam afferte iacturam? Quare igitur isti fratres suos, filios scilicet Dei, obmurmurationibus lacerant & detractionibus in tristitiam ac pusillanimitatem deiciunt, cum sciant Dominum ad horum peccatorum punitionem, corum petitiones non esse exauditum, & ipsorum cauſas non ita facilè & liberaliter esse expediturum? Immo: Non accipiet Dominus personam in pauperem, ] vt est in Ecclesiastico, [& depreciationem laeti exaudiat.] Nō, inquam, obliuiscetur iudex nostri fratris offendit, necad eius gemitus obsurdescat, sed detracitatem, & murmuratorem, indemnum se putantem, quoniam de rebus leui-

z. Reg.  
14.32.

Psalms. 2.  
nu. 10.

Hebr. 5.  
12.

Isaia. 44.  
22.

2. Mach.  
1.30.

Ecccl. 35.  
16.

D E Ebus

bus detrahit, condigna pena multabit. Hæc mala, & reliqua omnia, quæ suprà diximus, ex his præcipue delictis oriuntur, quæ liberè & scienter committimus. Ita animam nostram admodum fodant, & diabolum in nostro casu & deiectione læficant, ab studio bonorum operum retrahunt, & sensum paulatimque ad facilius amorens trahunt, & affectus vi sanctæ mortificationis consopitos accendunt. Quis non timeat in hæc omnia mala impingere, & dum scienter in leues defectus cadit, inter homines stultos, qui hæc tam comperta ignorant, computari? Saner ergo rationalem animæ partem, qui se videt minus cautum in his peccatis vitandis, & his aut similibus meditationibus intelligat quæ turpe est vro iusto peccatis leuius, sed sciret commissis effundere. Concipiat hæc prima principia spiritualis doctrinæ, & oculos mentis ad videndum suam inuercundiam aperiat. Quia, radio diuinæ lucis, cognita, anteaquam vitam legiunciei & vœcordiae deditam, detestabitur, & deinceps scienter delinqueret, etiam in rebus leuissimis, magnum scelus reputabit.

*De remedij ad vitanda peccata venialia, quæ significantur in stipula.*

CAPUT XVIII.

**P**ECCATA illa, quæ stipulis designantur, & non ex vitiis nostræ menti inuidentibus, neque ex malitia & inuercundia scienter peccantis, sed ex infirmitate carnis, & ex humanae naturæ imbecillitate procedunt, difficilimè caueruntur, adeo ut nullus sanctorum præter Christum Salvatorem, qui Deus est, & peccare non potuit, & præter Beatam Virginem, quæ mater Dicit, & singulare priuilegio omni caruit peccati nœvo; ab illis inuenientur immunis. Nam illa delicta, quæ ex suo genere criminalia sunt, & ex materia parvitate, aut ex omnimoda deliberationis defectu leuià reputantur, multos sanctorum credimus, quatenus ex insitis vitiis nascentur, post perfectam conuersationem ad Dominum, omnino vita se, & vitiis ex corde eliminatis, ac compotitis per mortificationem affectibus, his casibus abstinuisse. Licet & hi tentationibus ab externo principio prouenientibus non careant, ad huiusmodi grauius peccata prouocantibus (vt cum diabolus eos de ambitione, aut de luxuria tentat) quibus usque ad peccatum leue incurandum aliquando succumbent. Alia vero peccata, quæ licet ex suo genere leuià, ex malitia & data opera committuntur, quæ longissime absunt à cordibus perfectorum, quorum constans voluntas est prius mortem oppetere, quam diuinæ voluntati, vel in minimis repugnare. Aristorum dilectorum, quibus nunc mederi intendimus, longè alia ratio est, quæ cum ab ipsa natura nostra adhuc originalis peccati reliquis affectis exortantur, nullus potest ea omnino quantumvis sanctus effugere, eo ipso quod humanam naturam gestat, & radicem eorum, carnis imbecillitatem, ablegare non potest. Hic ergo non est querendum remedium, quod ista peccata minuta funditus destruat, & ab illis omnino nos liberet, (nam id in hac vita mortali nunquam consequemur) sed quod ea in dies numero minuat, & gradu grauitatis extenuet, & nos faciat ad ea vitanda cautiores.

A Illud autem (quod in vitiis perfectionis cupidis longo tempore animaduertimus, & sèpe admirati sumus) non est aliud quam suavis quedam attentio, & solers ac prouida circunspectio, quæ omnia tum magna tum parva; tum exteriora tum interiora; tum diuina tum humana, siue nobismetipis, siue aliis sint necessaria, traftemus. Id quidem nos rudes, & spiritualium rerum imperiti, quibusdam similitudinibus intelligimus. Sicut enim legatus ab uno rege ad alium misus, cum apud istum legatione fungitur, in omnibus prudenter leget, & cum magna attentione sui Domini voluntatem declarat, ne in aliquo excedat, aut rem alicuius momenti dicendam prætermittat: voces etiam, & gestus, & motus, & minima quæcumq; considerat, vt in omnibus, vt suam dignitatem decet, se gerat: ita vir iustus, qui inuierfa, quæ agit, & cogitat, Deo inspectore, perficit, sic in magnis minimis que le habeat, vt nec oculos magni regis offendat, nec a iusti & serui Dei dignitate discedat. Et quemadmodum pictor dum alicuius effigiem delineat, non oculis tantum, sed circino & exacta mensura partium quantitatem aduertit, vt figuram prototypo similem omnino describat: ita qui vult in omnibus suis operibus imaginem virtutis exprimere, debet quasi regula & circino, tum opera ipsa, tum omnia quæ influnt, & ea circumstant, elaborare. Ad quam attentionem nos hortatur Ecclesiasticus, dicens: Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeri. Id quippe est omnia mansuetè perficere, in omnibus moderatè nos gerere, & incuriam, accelerationem, & reliqua, quæ solent pulchritudini actionum bonarum insidiari, manu discretionis abigere. Quod non tantum gloriam apud homines patit, sed amorem quoque benevolentiamque conciliat. Est enim apud alios non minus amabilis, quam admirabilis, qui in magnis ac in paruis, quæ agit, hanc pulchritudinem modestæ grauitatis, & circunspectæ moderationis apponit. Cuius etiam meminit Ricardus Victorinus; Nam debemus, inquit, non solum in studiis, & exercitiis spiritualibus, verum etiam in negotiis secularibus, & necessitatibus vobis nihil incircumspectè, nihil indiscretè, nihil imprudentè facere. ] Et post pauca: Itaque in his etiam, in quibus humanae necessitatibus consulimus, vel communis infirmitati deseruimus, nihil sine modestia, nihil sine mensura, nihil sine intentione bona, nihil præter ordinem, nihil præter rationem agamus. ] Merito autem hec attentione istorum leuium peccatorum vitandorum, aut minuendorum remedium dicitur, quoniam ex diametro (vt aiunt) eorum causam ac radicem oppugnat. Causa enim illorum est infirmitas carnis, & imbecillitas mentis, attentione vero & circunspectio ista carnem roborat, & mentem exsuscitat, ut homino importunas muscas imperfectionum abigat, & a bonorum operum sacrificio repellat. Et sicut damnon magna attentione conatur bona hominis opera imperfectionibus opprire; ita homo maiori attentione nitatur se ab huiusmodi imperfectionibus liberare. Audi Augustinum huius impuri adulterij dolos ac infidias reuelantem: Quid prauius, inquit, quid malignius, quid noltro adulterario nequius? Qui posuit in celo bellum, in paradiſo fraudem, odium inter primos fratres; & in omni nostro opere zizaniam feminavit? Nam in comediente posuit gulam; in generatione, luxuriam; in exercitatione, ignauiam; in conuersatione, inuidiam; in gubernatione, au-

*Ecccl. 3.  
19.*

*Ricard. lib.  
1. de erudi-  
tione. in te-  
rior. ho-  
minis. c.  
43.*

*Aug. ser.  
4. de tem-  
pore.*